a prophetis vocari. Omnis qui crediderit in eo
non confundetur. Propter hoc posuit quod dixerat.
et vos tamquam lapides vivi superaedificamini.
Vobis igitur honor credentibus. Ille nimirum
honor ut non confundamini ab eo in adventu
eius. sed sicut ipse ait. Si quis mihi ministraverit me
sequatur. et honorificabit eum pater meus. Non
credentibus autem lapis quem reprobaverunt aedi
ficantes. Vel sic illum reprobaverunt cum edificarent
actos suos. volentes eum in fundamento cordis
sui ponere. Ita et ipsi reprobentur ab eo in ad
ventu eius. volente illo tunc eos quos se reprobaverunt